condemnationis eiusmodi Iudicium praesens Castrense Capitaneale Bra
nscense visa et considerata citati clamati et noncomparentes contuma
cia et temeritate Iuri communi et partis actoreae affectationi conten
tisque citationis inhaerendo super ipsos citatos et bonis eorum omnibus poenam
banitionis decernit ipsosque citatos iam ex nunc bannitos et de re
gno Poloniae dominiisque eidem annexis esse pronunciat et ad publicandam
eandem Poenam Banitionis Ministeriales Regni Generales addit et
deputat decreti praesentis vigore scribatur et publice in registro

IAKUBOWSCY INFAMES

Super citationem literalem Castrensem Capitanealem Branscensem
tenoris talis Franciscus Ioannes In Kozow Lesnowolski Bran
scensis etc Capitaneus Vobis Nobilibus Martino olim Thomae
Iakubowski et Catherinae coniugi suae necnon Sebastiano olim
eiusdem Thomae Iakubowski atque Gregorio olim Ioannis Ia
kubowski mutuis facti cooperatoribus de Wierciennie et Iaku
bowskie heredibus et omnibus bonis vestris vigore Regio et nos
tra Capitaneali authoritate mandamus ut in terminis Iudicia
libus simul et querelarum ac causarum officii Capitanealis
Castrensis in Curia Regia Branscensi Feria secunda post datam
praesentis citationis proximius celebrandis personaliter et pe
remptorie compareatis ad Instantiam Instigatoris Iudicii nostri
et ipsius delatoris Honesti Mathiae olim Thomae Laskowski in Wier
ciennie heredis actoris qui vos citat secundo post obtentam poenam
contumaciae in qua vos in praeteritis Iudicialibus terminis Iudi
cialiter condemnavit iuxta suam primam citationem originatam
qua vos citaverat et nunc citat Ideo quia vos in contemptu
legum publicarum securitatisque et tranquillitatis publicae ha
bita mutua inter se contelligentia et conspiratione Feria
sexta proxime praeterita ebrii et temulenti nulla habita ra
tione feriae sextae qua summa abstinentia a Christianis observari

91105

debetur nucturno tempore hominibus somno deditis domum protestantis propria residentis in bonis vrzecienie sittow violenter et manu armata invasistis tumultuq excitato et patrem familias cum uxore eius e domo infugam ob terrorem converssos fores atq extrusistis et igne accenso vix domum nisi deus defendisset combussistis ipsum per varia domus abscondita ad necandum quesivistis et non invento tunnam cerevisie recepistis deinde in vestris securis et consectis ex eisdem pecunia parata viginti Florenos Polonicales rapuistis et inter vos divisistis vestes mulebres combussistis vasa domestica mensa scamna consecuistis multasq insolentias proutte et libitu vestro exercuistis ac insuper indiscrimen vite et bonorum publice machinati estis ita ut non sit de vita securus de saluteq sua per quod penas legum Regni videlicet infamie incurristis adquas super vobis decernendum et per Ministerialem publicandum citamini itaq Judicialiter sitis responsuri et termino eundem attendum datum In Curia Regia Branscensi Feria secunda post Festum Sancti Michaelis Archangeli proxima Anno domini Milesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo Cuiusq quidem citationis prinsertae copiam Sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Simon Rzeczkowski recognovit se ab una integra ante terminum presentem septimana in bonis citati propriys posuisse et publicasse memora praesana etorea suprascriptam partem citatam ad Judicium presens Castrense Capitaneale Branscensi per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Proszenski Juridice clamatum et non comparentem in lucro penarum legum videlicet infamie ex registri ordine admittentiq Judicio presenti Judicialiter condem In uim autem condemnationis eius modi Judicium presens Castrense Capitanei Branscensi visa et considerata citati clamati et non comparentes contumatia et temeritate Juri communi et partis actorea affectationi contentisq citationis inherendo super ipsis citatis et bonis eorum omnibus penam banitionis decernit ipsosq citatos iam exnunc bannitos et de Regno Poloniae dominysq eidem annexis esse pronunciat et ad Publicandam eandem Penam Infamie Mtes Kyro Snate Mes Benedictum Proszenski addit et deputat decreti, protius ugore